

TEIL 1: Schlüsseltexte aus der europäischen Geistes- und Kulturgeschichte

I. Christentum

- Bestimme die folgenden Verbalformen nach Zeit, Person, Modus und Diathese (aktiv oder passiv), übersetze und bilde in derselben Zeit jeweils den Singular oder Plural!

	Form	Übersetzung	Singular / Plural derselben Person
cecidit			
sume			
capiēs			
volvimus			
hortati sunt			
moveram			

- Das Futur – wiederhole die Bildung des Futurs, unterstreiche alle Futur-Formen in Text 1.1 und übersetze!

Text 1.1: Gott verspricht Abraham und seinen Nachkommen eine große Zukunft

(Genesis 17, 4 ff.)

1 Dixitque ei Deus: Eris pater multarum gentium. Nec ultra¹ vocabitur nomen tuum Abram^a, sed appellaberis Abraham^b, quia patrem multarum gentium constitui² te. Faciamque te crescere vehementissime³, et ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur. Et statuam⁴ pactum⁴ meum inter me et te, et inter 5 semen⁵ tuum post te foedere sempiterno⁶, ut sim Deus tuus et seminis tui post te. Daboque tibi et semini tuo terram peregrinationis⁷ tuae, omnem terram Chanaan^c in possessionem aeternam⁸, eroque Deus eorum. (77 W.)

- 1 **ultra** (Adv.): länger
- 2 **constituere** 3, constituō, -constitui, -constitutum: *h.* bestimmen
- 3 **vehemens**, -ntis: stark
- 4 **pactum statuere**: einen Vertrag schließen
- 5 **semen**, -inis n.: *h.* Nachkommen
- 6 **sempiternus** 3: ewig
- 7 **peregrinatio**, -onis f.: Exil
- 8 **aeternus** 3: ewig

a Abram: Abram (Eigennamen, Bedeutung: erhaben in Hinblick auf den Vater) **b Abraham**: Abraham (Eigennamen, Bedeutung: Vater einer großen Menschenmasse) **c Chanaan**: Kanaan (Landstrich in Israel, in der Nähe von Hebron)

DAS DEPONENS – ZUR WIEDERHOLUNG

- Deponentien haben **passive** Formen, aber **reflexive** (rückbezügliche) Bedeutung (oft auch mit aktiven Synonymen übersetzt, z.B. *proficisci*: *sich auf den Weg machen = aufbrechen*)
- Viele Deponentien könnten gar nicht ins Passiv übertragen werden, z.B. *ingredi* (hineingehen), *proficisci* (sich aufmachen)
- Ob es sich um ein normales Verb im Passiv handelt oder um ein Deponens, kann durch die umstehenden Fälle festgestellt werden. (Die passive Konstruktion steht mit Ablativ, bei einem Deponens sind Dativ- und Akkusativobjekte möglich, z.B. *Milites ab imperatore mittuntur: milites hostem sequuntur.*)

1. Stelle fest, welche der angegebenen Formen kein Passiv sein kann!

	Dep.	Pass.		Dep.	Pass.
egredimur (hinausgehen)	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	laetamur (sich freuen)	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
moritur	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	aperiuntur	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
conditur (gründen)	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	conamur (wagen, sich getrauen)	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
vagamini (umherziehen)	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	visitaris	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
colloquuntur	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	oritur (aufgehen)	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>

2. Unterstreiche im Text alle Deponentien und übersetze!

Text 12: Gott führt die Israeliten durch das Schilfmeer in die Freiheit

(Exodus 14, 21–30)

1 Cumque extendisset¹ Moyses^a manum super mare, abstulit illud Dominus flante² vento vehementi³ et urente⁴ tota nocte, et vertit in siccum⁵. Divisaque est aqua. Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus^{a6} dextra eorum et laeva⁶. Persequentisque Aegyptii ingressi sunt post eos et omnis equitatus⁷ Pharaonis^b, currus eius et equites per medium maris. Iamque advenerat vigilia matutina⁸, et ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis et nubis⁹ interfecit exercitum eorum. Dixerunt ergo Aegyptii: „Fugiamus Israel^{c!} Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: „Extende manum tuam super mare, ut revertantur aquae ad Aegyptios super currus et equites eorum!“ Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est ad priorem locum. Fugientibusque Aegyptiis occurrerunt¹⁰ aquae, et involvit¹¹ eos Dominus in mediis fluctibus¹². Reversaeque sunt aquae, et operuerunt currus et equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare nec unus quidem super-fuit ex eis. (154 W.)

- 1 **extendere** 3, extendo, -tendi, -tentum: ausstrecken
- 2 **flare** 1, flo, flavi, flatum: wehen
- 3 **vehemens**, -ntis: heftig
- 4 **urere** 3, uro, ussi, -ustum: h. austrocknen
- 5 **siccus** 3: trocken
- 6 **a dextra et laeva**: auf der rechten und der linken Seite
- 7 **equitatus**, -us m.: Reiterei
- 8 **vigilia matutina**, -ae f.: letzte Wache, Morgenwache
- 9 **nubes**, -is f.: Wolke
- 10 **occurrere** 3, occurro, -cucurri, -cursum: begegnen
- 11 **involvere** 3, involvo, -volvi, -volutum: h. hineintreiben
- 12 **fluctus**, -us m.: Flut

a Moyses, Moysis m.: Moses (Führer der Israeliten) **b Pharaon**, -onis m.: Pharaon (König Ägyptens) **c Israel**, -is m.: Das Volk Israel

- Das Participium coniunctum – ein von einem Verb gebildetes Adjektiv. Unterstreiche Partizip und Bezugswort und übersetze!

(Ev. nach Lukas 2 bzw. nach Matthäus 2)

Hirten lagern im Freien	1. Et pastores ¹ erant in regione eadem vigilantes ² et custodientes per noctem supra gregem ³ suum.
Die Prophezeiung des Engels	2. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem ⁴ pannis ⁵ involutum ⁶ et positum in praesepio ⁷ .
Eine himmlische Erscheinung	3. Et subito facta est cum angelo ⁸ multitudo militiae caelestis ⁹ laudantium Deum et dicentium: „Gloria in altissimis Deo!“
Die Hirten finden das Jesuskind	4. Et venerunt festinantes ¹⁰ et invenerunt Mariam et Ioseph ¹¹ et infantem positum in praesepio ⁷ . Videntes autem cognoverunt verbum, quod dictum erat illis de puero hoc.
Heimkehr der Hirten	5. Et reversi sunt pastores glorificantes ¹² et laudantes Deum in omnibus, quae audiverant et viderant.
Die Weisen bei König Herodes	6. Cum autem natus esset Iesus in diebus Herodis ¹³ regis, ecce Magi ¹⁴ ab oriente venerunt Hierosolymam ¹⁵ dicentes: „Ubi est, qui natus est, rex Iudaeorum ¹⁶ ? Vidimus enim stellam ¹⁷ eius in oriente et venimus adorare ¹⁸ eum.“
Herodes wird neugierig	7. Audiens autem Herodes ¹³ rex turbatus est ¹⁹ et omnis Hierosolyma ¹⁵ cum illo; et convocans omnes principes sacerdotum ²⁰ quaerebat ab eis, ubi Christus nasceretur.
Der Stern weist den Weg	8. Et ecce stella ¹⁷ , quam viderant in oriente, ante-cedebat eos, dum veniens staret supra eum locum, ubi erat puer.
Die Weisen finden das Kind.	9. Videntes autem stellam ¹⁷ gavisus sunt gaudio magno. Et intrantes domum viderunt puerum cum Maria ¹¹ matre eius, et procidentes ²¹ adoraverunt ¹⁸ eum.

1 **pastor**, -oris m.: Hirte 2 **vigilare** 1: Wache halten 3 **grex**, gregis m.: Herde 4 **infans**, -tis m.: Kleinkind 5 **pannus**, -i m.: Windel 6 **involvere** 3, involvo, -volvi, -volutum: wickeln 7 **praesepeum**, -i n.: Krippe 8 **angelus**, -i m.: Engel 9 **militia caelestis**, -ae f.: himmlische Schar, himmlisches Heer 10 **festinare** 1: eilen 11 **Maria et Ioseph**: Maria und Josef (die Mutter Jesu und ihr Verlobter) 12 **glorificare** 1: preisen 13 **Herodes**, -is m.: Herodes (von den Römern eingesetzter König im heutigen Israel) 14 **Magi**, -orum m. Pl.: Magier, weise Männer 15 **Hierosolyma**, -ae f.: Jerusalem (Hauptstadt von Israel) 16 **Iudaei**, -orum m.: Juden 17 **stella**, -ae f.: Stern 18 **adorare** 1: anbeten 19 **turbare** 1: verwirren 20 **sacerdos**, -dotis m.: Priester 21 **procidere** 3, procido, -cidi: niederknien, auf die Knie fallen

- Unterstreiche Partizip und Bezugswort und übersetze! Erschließe die unterstrichenen Wörter mithilfe eines Lexikons!

Text 13: Augustus hört vom Jesuskind

(J. de Voragine, *Legenda aurea*, 6, 44)

1 Octavianus^a imperator universo orbe¹ ditioni² Romanae subiugato² in³ tantum³ senatui placuit, ut eum pro Deo colere vellent. Prudens autem imperator se mortalem intelligens immortalitatis nomen sibi noluit usurpare⁴. Ad illorum instantiam⁵ Sibyllam^b prophetissam^b advocat scire volens per eius oracula, an in mundo maior eo aliquando nasceretur. Cum ergo in die nativitatis⁶ domini consilium super hac re convocavisset et Sibylla sola in camera imperatoris oraculis⁷ insisteret⁷, in die media circulus aureus apparuit circa solem et in medio circuli virgo pulcherrima, puerum gestans⁸ in gremio⁹. Tunc Sibylla hoc Caesari ostendit, cum autem imperator ad praedictam visionem plurimum admiraretur,
 10 audivit vocem dicentem sibi: „Haec est ara coeli¹⁰.“ Dixitque ei Sibylla: „Hic puer maior te est et ideo ipsum adora¹¹!“ Eadem autem camera in honore Sanctae Mariae dedicata est, unde usque hodie dicitur Sancta Maria Ara Coeli. (133 W.)

- 1 orbis, -is m.: Welt
- 2 ditioni subiugare: unter die Herrschaft bringen
- 3 in tantum: so sehr
- 4 usurpare 1, usurpo, -avi, -atum: sich anmaßen
- 5 instantia, -ae f.: Drängen
- 6 nativitas, -atis f.: Geburt
- 7 oraculis insistere: das Orakel deuten
- 8 gestare 1: deuten
- 9 gremium, -i n.: Schoß
- 10 ara (-ae f.) coeli: Himmelsaltar
- 11 adorare 1: anbeten

a Octavianus, -i m.: Oktavian (C. Julius Caesar Octavianus, der Großneffe Caesars, bekam den Ehrentitel Augustus vom Senat nach dem Ende der Bürgerkriege.) b Sibylla prophetissa, -ae f.: die Seherin Sibylle (orakelkundige Frauen wurden als Sibyllen bezeichnet)

- Übersetze und erschließe die unterstrichenen Wörter mithilfe eines Lexikons!

Text 14: Ein Heilungswunder – Jesus und der Leprakranke

(Ev. nach Lukas, 5, 12 ff.)

1 Et ecce¹ vir plenus lepra² et videns Iesum et procidens³ in faciem rogavit eum dicens: „Domine, si vis, potes me mundare⁴.“ Et extendens manum tetigit illum dicens: „Volo, mundare⁵!“ Et confestim⁶ lepra discessit ab illo. Et ipse praecepit illi, ut nemini diceret, sed: „Vade⁷, ostende te sacerdoti⁸ et offer⁹ pro emundatione tua, sicut praecepit Moses^a, in testimonium¹⁰ illis!“ Perambulabat autem magis sermo¹¹ de illo, et conveniebant turbae multae, ut audirent et curarentur ab infirmatibus suis. Ipse autem secedebat in deserto¹² et orabat. (82 W.)

- 1 ecce (Adv.): siehe da
- 2 lepra, -ae f.: Lepra
- 3 procidere 3, procido, -cidi: sich niederwerfen
- 4 mundare 1: reinigen, heilen
- 5 mundare (Imperativ passiv): du sollst geheilt werden
- 6 confestim (Adv.): sofort
- 7 vadere 3: gehen
- 8 sacerdos, -otis m.: Priester
- 9 offerre 3, obtuli, oblatum: h. ein Opfer darbringen
- 10 testimonium, -i n.: Beweis
- 11 sermo, -onis m.: Gerede
- 12 desertum, -i n.: Wüste

a Moses, -is m.: Moses (brachte dem Volk Israel die 10 Gebote)

1. Sammle alle Imperative in Text 1.4 und trage sie in die Tabelle ein!

2. Trenne die folgenden Wörter aus Text 1.4 in Präfix / Suffix und Grundwort und gib die im Kontext passende deutsche Bedeutung der einzelnen Elemente in Klammern an!

zusammengesetztes Wort	Präfix / Suffix (Bedeutung) + Grundwort (Bedeutung)
z.B. <i>adeunt</i>	<i>Präfix ad- (hin zu) + ire (gehen)</i>
z.B. <i>libertati</i>	<i>liber (frei) + Suffix -tas (Eigenschaft)</i>
conveniebant	
discessit	
extendens	
infirmatibus	
offer	
secedebat	